



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Diuitiae per se non excludum à pietate

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

deest his qui diuites non sunt. Quorsum ergo quod  
isti totum mundum turbant rebus friuolis & nihil ne-  
cessarijs? Noui ego quosdam, qui si tanta haberent,  
quantis ex socordia sua & negligentia carent ac ea-  
gent, mox uiam inuenirent, qua & iniustas diuitias et  
male partas iustificarent. SIMON. Mitto hæc,  
Rogo ut conclusionem tertiam tu mihi probes, fortas-  
sis aliquid hinc discā. IOIADA. Quod Christus  
propter res externas nihil turbarit, sed paci ac trans-  
quillitati semper studuerit, Matthæi caput, 17. adduci-  
mus, ubi ad Petrum sic dicit: Ne simus illis offendicu-  
lo (his scilicet qui didrachma exegerunt) profectus  
ad mare, mitte hamum, & eum pescem qui prodierit  
primus, aperto ore illius inuenies staterem, acceptum  
eum da illis pro me & te. Capite 22. Matthæi, quum  
de censu persoluendo Cæsari interrogaretur, sic à tu-  
multu cauit, ut deum & Cæsarem in responseione con-  
iungeret, unicuique dare iubens debitum. Neque; damna-  
bat eos qui accipiebant, rursus non beatos dixit qui da-  
rent. Non dixit: Iure diuino nihil debetis, sed tamē da-  
te, uæ illi qui recipit.

Ioannis 13. Christus discipulos suos sic docet: Man-  
datum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, quemad-  
modū ego dilexi uos. In hoc omnes cognoscet quod  
discipuli mei sitis, si mutuum dilexeritis. Mox in lon-  
go isto sermone quem ad discipulos post coenam ha-  
buit,